



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Liber III. De Absolutione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

LIBER III.

DE

ABSOLVTIONE.

CAPVT I.

De forma Absolu-
tionis.

§. I.

*Forma ordinaria Absolu-
tionis.*

EMmanuel Sà sic rectè ha-
bet. a Absolutionis ver- *aV. Absco*
ba necessaria, sunt, Ab- *lutio n. 1.*
solvo te; dicendum tamen,
ut est in usu. Ego te absolvo à
peccatis tuis. Quin etiam imi-
tandus sapientium mos, qui ita
absolvunt, post auditam confes-
sionem.

tionem, & impositam pœnitentiam. Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducatur te in vitam æternam, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo. Primum à sententiâ excommunicationis, in quantum possum & indiges; Deinde te absolvo à peccatis tuis, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, & Merita Beatae Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen hæc ille.

2 Nonnulli in hunc modum & quidem ritè proferunt. *b. E.*
b. Jos. de Augustin ego auctoritate ipsius te absolvo
brevi not. ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti
in fin. lib.

dicti, i
 indig
 tant au
 non fu
 lud ve
 3 Qu
 dicta fe
 facile p
 c. 20, a

Forma

4 U
 ves: a
 tuis, in
 & Spir
 Ego te
 furis &
 tris, &
 Amen
 5 In

dicti, in quantum possum, & tu indiges, & quæ sequuntur. Notant autem, quod si pœnitens non fuerit Clericus omittitur illud verbum, suspensionis.

3 Quem effectum habeat prædicta forma verborum, colligere facile poteris ex supradictis l. 2. c. 20, a n. 55.

§. 2.

Forma Absolutionis in necessitate, & in brevibus Confessionibus.

4 **U**Rgente periculo mortis, vel necessitatis, sic absolves: *a* Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. vel *b* Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen

a Sa loc. c.

b Jos de Aug tit.

5 In brevibus item confessionibus

Q

nibus

¶ *Sæ ibid.*

nibus; & ut illorum, qui sæpe
confitentur, immo & in longio-
ribus, frequente populo, qui au-
res Confessoris petit; præstat
formam prædictam, verba ne-
cessaria continentem, profere-
dumtaxat.

C A P. II.

Qua ratione Confessor pec-
catorum meminisse de-
beat, quando ea
absolvit.

¶ **P**OTest frequenter conti-
gere, ut sive propter Con-
fessionem valde longam, sive
quia necesse fuit absolutionem
per aliquot differre dies;
quando impendenda sit absol-
utio, Confessor oblitus fuerit
peccatorum pœnitentis. Quo-
modo igitur ergo quid in hoc casu
agendum.

7 Communis doctrina habet
duo. Primò, quod non oportet
ante absolutionem nunc v. g.
dandam repetere confessionem,
alio tempore factam, si idem
Confessor (nam si alter, debere
repeti certum est) recorderetur
vel peccatorum, *a* vel status pœ- *a Suar de*
nitentis, vel pœnitentiæ impo- *pœn d. 2.*
sitæ; sed sufficit, si uno verbo se *sec 6. in*
pœnitens accuset de omnibus, *sine. Cen.*
quæ prius dixerat, addendo alia, *d 7 du. 11.*
si forte de novo occurrant ad-
denda. Ratio est, quia hæc suf-
ficiunt ad legitimum iudicium
ferendum.

8 Immo si confessor pœni-
tentiam jam imposuerat pœni-
tenti: nec est necesse quod me-
minerit peccatorum, ut dictum
est, nec ipsius pœnitentiæ impo-
sitæ, cum satis *b* sit recordari il- *b Suar. ib.*
lum fuisse confessum, dignum-
que iudicatum, qui absolveretur;
pœnitentiam, quæcunque
fuerit, jam fuisse datam; nec
ipsum

Q 2

ipsum

ipsum aliquod novum commi-
 sisse peccatum: vel si commise-
 rit; ritè nunc aperuisse: tunc
 enim poterit nullo alio requisi-
 to, absolutionem tutò conferre,
 Ratio est quia status ille reco-
 lendus fuerat ad formandum ju-
 dicium, taxandamque pœniten-
 tiam: quæ jam rite facta suppo-
 nuntur.

9 Secundò, in prædictis om-
 nibus, si contingeret priorem
 confessionem fuisse factam con-
 fessori non judici, id est, qui non
 habuisset jurisdictionem: ut si
 quis per priorem prædictam
 confessionem aperuisset pecca-
 ta sua non Sacerdoti, vel Sacer-
 doti non approbato (accidit au-
 tem id sæpè in casibus reserva-
 tis, pro quibus inferior confes-
 sor non est legitimus iudex, qui
 tamen solet audire. & deinde fa-
 cultatem à superiore recipit, ut
 absolvere in alia sequenti con-
 fessione possit, si inquam il con-

tinge

tinge
 for
 iudex
 niten
 sio no
 non f
 suppo
 Et
 apud
 an e
 pœni
 Me a
 minu
 narra
 In
 conf
 notie
 satis
 suffic
 pecca
 vidiss
 fessio
 narra
 pecca
 quo c

tingeret; debet deinde confessor constitutus jam legitimus iudex iterum audire peccata poenitentis; quia illa prior confessio non fuit sacramentalis, cum non fuerit iudici exhibita, ut supponimus.

c De Lug. d. 16. de poen sect. 13. § 3.

Et quidem hoc certum est apud omnes Solum est quaestio, an etiam in hoc casu sufficiat poenitentem dicere in confuso; Me accuso de peccatis jam aliaminus legitima confessione narratis?

In quo rursus certum fit, si confessor illorum peccatorum notitiam habet in particulari, satis superque sufficere: *d* sicuti sufficit, si confessario, qui meum peccatum abunde scit, ut si illud vidisset, vel illud ego extra confessionem, consilii causa; illi narraffem; dicam; Me accuso de peccato, quod vidisti, vel de quo consilium dedisti.

d Id. ib.

Q 3

Quare

e *Ibid.*

f *Ibid.* &
Gaspar
Hurt. d. 8.
de poen.
diff. 8.

Quare quæstio est dumtaxat; An si tunc confessor recordationem tam distinctam non haberet, sufficeret tamen notitia aliqua in confuso? Respondeo varia hic aliquantulo minutiora tradi à nonnullis, e pro praxi satis sic in hoc eventu, quando confessio prior peracta est coram non iudice (nam pro aliis, quando prior confessio fuit facta sine dolore, vel non integrè, si supponatur legitimo iudici expolita, locum non habet hæc quæstio, & consequenter non est tunc necessariò in particulari repetenda confessio) regulariter sufficere f si dicat pœnitens: Accuso me de peccatis in priorè illa confessione recensitis. Ratio breviter est, quia jam confessor hoc modo resumere poterit distinctam cognitionem status pœnitentis, & ex vi hujus distinctæ cognitonis, jam factæ sacramentalis, absolvere Quod

si non
 quen
 si resu
 hanc
 nitent
 quam
 prædi
 ficiat
 pœnit
 pœnic
 novam
 sionem
 tunc r
 moria
 cedat
 ex ill
 quæ n
 non su
 stinctè
 exhibe
 ex hac
 lata a
 ctam;
 tra san

si non resumeret (ut certè frequenter occurrit) tunc satis erit si resumat confusam; vel si neque hanc resumeret; postulet à pœnitente confessor notitiam aliquam mediam, seu confusam prædictam peccatorum/quæ sufficiat ad iudicium formandum, pœnitentiamque taxandam: nec pœnitentem cogat distinctam, novamque peccatorum confessionem afferre. Ratio est, quia tunc regulariter excitabitur memoria confessoris, ut non procedat ad dandam pœnitentiam ex illa priore cognitione sola, quæ non fuit sacramentalis, & non sufficeret, quia peccata distinctè debent iudici legitimo exhiberi; sed ex utraque, id est ex hac præsentì confusa, ut relata ad illam priorem distinctam; id quod in re morali nostra satis superque est.

Q 4

CA,

CAPVT III.

De Dilatione Absolu-
tionis.

Differtur aliquando absolu-
tio propter occasiones
proximas non amotas; nonnun-
quam propter frequentem relap-
sum; tertio propter aliquod
pœnitentis emolumentum. De
singulis agere hic locus est suus.

§. I.

*Quid sit Occasio remota, quid
proxima.*

Proxima occasio est, quæ
totalis est ex suo genere
ut frequenter homines simili
conditionis ad peccatum mor-
tale inducat; vel experientia con-
stat, in hoc homine, talem esse

stum habere. Remota verò, quæ
talis non est.

2 Alii sic definiunt. a Occa-
sio proxima est, qua nunquam,
vel fere nunquam utitur homo,
consideratis circumstantiis, abs-
que novo peccato. Ut qui deti-
net concubinam domi, rarò, vel
nunquam desinet facto, verbo,
vel cogitatione peccare. Remo-
ta, quæ non est ejusmodi.

a De Lug.
d. 14. d.
pæn. sect.
10. n. 149

§. 3.

De Occasione remota.

3 **R**egula communis, & cer-
ta est a eum, qui in oc-
casione remota versatur, absol-
vi legitimè posse. Ratio est quia
alioqui, juxta Sanctum Paulum
1. ad corinth. c. 4. Debueramus
omnes exire de Mundo: Et sane
nec satis esset in eremum, sed in
cælum abire.

a Id. ibid.
à n. 150.

4 Hinc

b *Id. ibid.*

4 Hinc inferunt Doctores b
prudenter absolvi adolescentes,
qui versantur laborando, vel
conversando cum foeminis, quæ
aliam domum non habent; licet
sæpe ex tali occasione, consensu,
tactibus, copula, mortaliter pec-
carent, siquidem non ferè sem-
per ex illa occasione solent ho-
mines peccare.

§. 3.

*De Occasione proxima.*a *Id. ibid.*

5 **R**egula item certa est, &
communis, a ut qui in
occasione proxima est, absolven-
dus non sit. Ratio est, quia non
habet propositum non peccandi
qui peccati periculum (quale in
ne dubio est occasio proxima)
voluntariè subit; juxta illud
Qui amat periculum peribit in
illo.

6 H

6 Hæc tamen regula aliquot modis limitatur. *b* Primò, ut possit absolvi pœnitens, quando *b* *Id. ibid.* habet extraordinarium dolorem, & propositum: hæc enim faciunt jam illam non esse occasionem proximam; quia homo sic armatus, est fortis, adeoque ab eo possumus sperare victoriam.

7 Secundò quando proponeret alia media adhibere: ut si occasio esset ex foemina domestica, pœnitens autem proponeret nunquam solus cum sola colloqui, aut inveniri, ejus aspectum pro viribus declinare, &c.

8 Tertio quando occasio relinqui non potest absque scandalo, gravi infamia, vel detrimento magno spirituali, vel temporali; tunc enim moraliter non judicatur, quis occasionem voluntarie eligere, sed involuntarie pati.

*c C Con-
sultationi
de frigidis
& malef.*

ti. Sic Summus Pontifex concessit frigidis, ac maleficiatis simul domi permanere ut sorores: idque profectò propter scandalum separationis à matrimonio contracto; cum tamen esset periculum tactuum, &c. Pari ergo ratione, poterit filius familias v. g. absolvi, quamvis domi suæ serva adsit, cum quæ peccare consuevit; quam tamen ipse expellere non potest, & nec facilè, aut decenter fieret. Si etiam, à fortiori, si cum fratre vel sorore habet occasionem peccandi, à quorum convictu se jungi, absque gravi detrimento, nequit; debet nihilominus alia remedia faciliora, quæ potest adhibere, ut ex se constat. Similes casus vide apud Doctores. *d*

*d Nav in
Summa
c. 3. & in
ad lib late.*

*e Laym.
l. 6. tr. 6.
c. 4. n. 9.*

confirmat hæc Layman e his verbis; Proximas occasiones vitare obligamur; excipe tamen nisi proxima occasio peccandi mori

mortaliter, sine gravi incommodo corporis, famæ, vel fortunarum tolli non possit, tunc non consilium est, sed non præceptum. Quare absolvendi sunt, qui officio, negotiatione, domo, in qua peccandi periculum imminet discedere nolunt, quia sine maxima difficultate non possunt, parati adhibere remedia peccatorum, præsertim, quæ affert Confessarius. Ratio est, quia occasio peccandi in se non est peccatum: quare permitti potest, ex gravi necessitate, quæ impossibilitatem affert moralem, nam tunc non tam est se committere in periculum, quam pati. Hæc Layman.

Vide omnino §. 5.
sequentem.

R.

§. 4. De

De Recidivo.

10 **D**ubium est, an qui sepius absolutus, tamen siue propter occasionem proximam, quæ tollere non potest siue propter aliud, iterum iterumque relabitur, nec in eo ulla correctio reperitur; cogendus sit subire illud detrimentum, & relinquere occasionem. Nonnulli a affirmant cogendum esse illum detrimentum subire; sed sane probabile etiam est non esse cogendum, b & posse absolvi. Ratio est, quia si potuit prima vice absolvi; poterit, & secunda, per consequentia, si quidem iam adest dolor, & propositum sufficiens, ut supponimus, etiam in secunda.

II Quoad recidivos, abstractendo ab occasione proxima,

a Suarez, Reginal. Graph. Navar. a. pud De Lug. mox citand. b Vivald. Jo. Sanc. apud De Lug. ipseq; De Lugo d. 14. de pœn. sect. 10. à n. 156.

scandalo ; placet quod de cet
Layman nimirum : qui est re-
cidivus, si affert aliquod signum
emendationis , esse semper abs-
solvendum. Signa autem sunt
vel rarius peccare , vel aliquis
major dolor, immo & dolor ex
vero animo conceptus, vel ipsum
sponte confiteri, in iis, qui non
urgentur à Præceptore , Patre,
Pedagogo, cōsuetudine Congre-
gatorum, ad confitendum, &c.
Tunc enim habetur signum e-
mendationis; secus non item.

c Laym l.
s. tr 6. c 4
n 10. § 11

§. 5.

De publico Peccatore.

12 **P**UBLICUS peccator , ut
concupinarius , debet
propter scandalum prius ejicere
concupinam antequam absolva-
tur; sicuti occultus propter oc-
casionem proximam. Sed in oc-
culto potest a prudens Confes-

a Laym.
ib. 4.

R 2 sarius

farius aliquando, in quibusdam
circumstantiis connivere, v g.
Quando aliquis in gravi infir-
mitate, vel mortis periculo al-
liam facile habere non potest,
qui sibi necessaria ministrat, nisi
concubinam occultam, ad quam
tunc pœnitus affectum non ge-
rat, unde non sit periculum la-
bendi, promittitq; illam aman-
dare, ut primum convaluerit,
poterit à prudenti Confessario
absolvi. Aliqui *b* hanc necessi-
tatem etiam ad publicum pecca-
torem in prædictis circumstan-
tiis sibi trahunt, quando publi-
cus verè proponit emendatio-
nem: quia tunc, ajunt, esse
scandalum passivum: Sed
væ illi pœnitenti, qui
ad has angustias
redigitur.

b *Lege.*
Dian p. 4
tr. 4. res.
165.

§. 6.

*De Dilatione Absolutionis pro-
pter utile Pœni-
tentis.*

13 **D**ubium est, an possit
Confessarius absolu-
tionem aliquando differre pœ-
nitenti, qui cognoscitur verè
pœnitens.

14 In quo certum est primò
posse ex ejusdem pœnitentis
consensu. Secundo posse quan-
do dilatio necessaria est ad expe-
riendum propositum. Tertiò
non posse quando pœnitens est
sufficiens dispositus, & ex di-
latione timetur potius damnum
spirituale, ut quod tædio affe-
ctus non revertetur, vel in de-
sperationem facilè abibit. Quar-
tò non debere differri sine pru-
dentia, quæ dicet rationabiliter
esse differendam. Quintò deni-

*a De Lug.
modo est.*

R 3 que

que certum fit posse, quando Confessor indiget consilio, vel studio ad absolvendum, &c.

15 Difficultas est igitur, an causa rationabilis censenda sit major utilitas, & confirmatio in bono proposito pœnitentis; licet aliunde probabiliter credatur esse tunc bene dispositus. Dico *b* eam esse censendam rationabilem causam, quia iudex non tenetur statim lecto processu proferre sententiam, unde Confessor poterit præmittere exhortationem, injungere ut redeat die sequenti, ut melius exhortationem auscultet, &c. Imò, quia est medicus, poterit per talem dilationem melius curare; nam propterea, quando meritò timet pœnitentem, nunc absolutum facilè relapsurum, nisi ipsa dilatione territus, melius agnoscat gravitatem peccati, necessitatemque emendationis poterit differre. Non est igitur

b Idem

tur contra jus pœnitentis ejus-
modi dilatio. Siquidem Con-
fessor habet jus iudicis, & Me-
dici quod illam exposcere po-
test.

C A P V T I V.

De officio Confessoris quo-
ad instruendum pœni-
tentem, antequam
absolvat.

Instruat Confessor pœni-
tentem, utpote ejus Magi-
ster, antequam impertiat abso-
lutionem. Cum autem suppo-
namus pœnitentem in ceteris
necessariis esse satis instructum:
si enim non esset, esset certè ad-
juvandum. *à* Confessore. Ideò *vide seo*
solum hic illud quærere occur-
quenti §. I
rit An si pœnitens in aliqua
ignorantia versatur; eam Con-
fessor amovere debeat.

R 4

4 Dico,

b De Lug.
de pœn. d.
2 sect 7.
§ 1.

2 Dico, quoties ignorantia est graviter culpabilis; certum est debere, b eam amoveri per Confessarium. quia secus non est rectè pœnitens dispositus ad Sacramentum suscipiendū. Dubium igitur est si sit ignorantia inculpabilis. Tunc autem tres Regulæ generales sunt animadvertendæ.

e Sane l. 2
de matr.
d. 38 n. 5.

3 Prima regula. Si talis ignorantia est contra pœnitentem v g. si ipse crederet esse mortale, quod huiusmodi non est debere eam amoveri à Confessario: quia secus maximum pœnitenti damnum enasceretur. Secunda regula. Si ignorantia inculpabilis quæcumque, sive facti, sive juris. & sive juris Divini sive humani non est contra pœnitentem (id est, quando pœnitens non putat esse mortale, quod tale est) & nihil pœnitens interrogat de hoc Confessarium; distinguendum est: si enim Con-

Confess

5 Hinc etiam si prævideat Confessor pœnitentem non restitutum, si illi detegatur nullitas tituli, quem pro se adesse pœnitens putat; non erit tamen nullitas illi à Confessario non interrogato, patefacienda: quamvis sit in præjudicium tertii, qui suo carebit; tertii, inquam, particularis; nam si esset in damnum publicum; cum tunc præponderare debeat bonum publicum, bono privato pœnitentis; videtur aperienda.

*F Sanch.
ib. n. 20*

*e
de
d*

*De Lugo
ib. n. 30*

*Idem de
Lug. n. 27
est. Suar.
& Sanch.*

6 Atque hæc omnia g etiam procedunt quando Confessarius speraret pœnitentem suscepturum quidem monitionem; sed tamen advertit remedium esse difficillimum; h ut si scandalum, vel infamia notabilis sequatur, qualia possent sequi ex separatione v. g. Matrimonii. In hoc enim, vel simili casu satius est tacere; quia majus est tale damnum, quam illa materialis vio-

latio

latio legis divinæ, sine peccato violantis.

7 Vnde etiam infertur idem esse dicendum, *i* quando pœnitens sub peccato mortali tenetur ad aliquid adeò difficile; ut non credatur tunc æquo animo recepturus, & alia vice melius suscepturus esse judicetur; poterit enim tunc prudens Confessor relinquere illum in sua bona fide, quæ à peccato excusat, & monitionem in tempus opportunius differre: ne scilicet territus pœnitens à Confessione se absteat, majusque detrimentum patiat. Hoc notetur per maximè pro Confessariis Mercatorum, & Principum.

8 Tertia regula. Si pœnitens, sive quia prudenter dubitat, sive quia scrupulo angitur, interroget Confessorem de re aliqua, an sit peccatum, vel an ad aliquid obligetur, necne? tunc Confessor veritatem aperi-

*In suar. &
alio loc.
cit.*

re omnino debet. / Ratio est quia si taceret, illud silentium esset erroris approbatio, id quod nunquam licet.

¶ Petes quid faciet Confessor, quando nescit, vel dubitat an sua admonitio profutura sit pœnitenti, an damnum allatura; Respondeo, tunc est comparanda utilitas, quæ sub dubio illo speratur, & damnum quod sub dubio timetur: atque illud sine scrupulo fiat, quod magis præponderare in Domino judicabitur.

C A P V T V.

Quam dispositionem confessor advertere in pœnitente debet antequam absolvat.

¶ Quantum hic facit ad nostrum institutum, duplex dispositio est consideranda; altera complectitur actum fidei perat-

pernecessarium in pœnitente,
altera dolorem debitum de pec-
catis.

§. 1.

*De actu Fidei necessario ante
quam quis absol-
vatur.*

ID persæpe angit Confessas
rurios rusticorum, puerorum-
que peccata excipientes. Pro
praxi **S**tamen facilitate adnotans
dum est, aliud esse, quod neces-
sariò requiritur, antequam con-
feratur ad justificationem acqui-
rendam absolutio : & hoc est
pœnitentem credere ea, quæ
sunt de necessitate salutis; aliud
esse quod requiritur ex alio ca-
pite, nempe ratione præcepti,
quo quilibet Christianus obli-
gatur scire, quæ ad Religionem
quam profitetur, pertinent. De
utroque agemus quamvis pro-
priè

priè de priore agere ad nos dumtaxat spectet.

2 Quoad primum igitur caput solum videndum nobis est, quidnam credere sit de necessitate salutis; id enim solum erit necessarium exposcere ante absolutionem à pœnitente. De quo tamen sic dilucidè habet Sanctus

a Sanc. 2. in Dec. c. 3. n. 23. in fine. chez *a* in rigore non tenetur Confessarius Pœnitentem instruere, procurando; ut tunc addiscat quæ credenda sunt; sed satisfaciet proponendo illi, & explicando duo mysteria, Trinitatis, & Incarnationis, ut ea explicitè credat, & inducendo ad negligentiam dolorem, & emendatæ propositum (si quæ in hoc fuit.) Hæc ille.

b V. Sanc. ib. in fine n. 18 & n. 24. lege itè Arag. apud eūd. Sanchez ibid c. 1.

3 Tria hic insuper advertenda Primò in bene moratis, vel confiteri solitis, supponi posse semel hæc mysteria credidisse, semel, inquam, nam ex necessitate medi, semel sufficit. *b Sanchez*

cundo rectè paulò ante dictum esse (si quæ negligentia fuit) nam communiter puto vix, præfertim mortaliter gravem, adfuisse. Nam vel sunt pœnitentes ex urbanis, & cultis; & supponuntur scire; vel ex rudibus, seu pueris, & supponuntur inculpabiliter non advertere ad tale onus.

4 Terriò ab aliquibus à hanc necessitatem salutis multò benignius explicari. Instar omnium sit Emmanuel Sà, e qui sic habet. Necesse esse explicitè credere fidei mysteria, quæ publicè in Ecclesia celebrantur; sentiunt multi cum D. Thoma; alii excusari multos ignorantia, præfertim cum deest, qui doceat. f

5 Quoad alterum caput communior sententia est, quemlibet Christianum teneri scire, & credere, saltem quoad substantiam, omnes Articulos Symboli Apostolici

c Azor, & Vas apud eūd. Sanc. ibid n. 20 dTurrian. de fid. d. 17 du. 4. cit. Vasq. Sà mox cit.

Con de fid. d 14 du. 9 n. 163.

Vide etiã Dian. p. 3. tr. 5. res.

46. & 48 eSà Verb. fides.

f Leg Tur. d 28 du. 2. & Valent.

q. 2. p. 4. assert 2. & Sanch.

loco supra citato.

stolici (excipe communionem
Sanctorum, quæ intellectu diffi-
cilis est, etiam pro doctis) Addi-
tur etiam eodem modo Sacra-
mentum Baptismi, Pœnitentiæ,
& Eucharistiæ, itemque Deca-
logum: Ratio est quia quilibet
tenetur ea scire, quæ pertinent
ad suum statum, & officium.

*g Samh.
sb n. 16.*

h Ib. n. 20

6 Dixi quoad substantiam, ut
significarem necesse non esse g
memoriter ea callere; siquidem
satis est ea, quoad res ipsas scire;
præsertim rusticis, & rudibus,
qui sine dubio, propter imporea-
tiam, excusandi sunt. *h*

§. II.

*De Dispositione Pœnitentis quæ
ad dolorem antequam
absolvatur.*

7 **D**E dispositione doloris,
& propositi ante abso-
lutionem in Pœnitente requis-

ra, multa diximus toto ferè li-
bro primo: quare l. ris pauca su-
persunt ad tenda.

8 Primò præsumitur dolor, &
propositum, quando in Confes-
sione ipsa signa doloris appa-
rent. a Imò ipsa accusatio pec-
catorum seriò facta, præsertim
in bene moratis b est sufficiens
signum doloris; multo magis si
pœnitens dicat se dolere.

a De Lugo

de

pœn. sec. 2.

§ 2.

b Fill. de

Sac. pœn.

in instru-

Et on brev.

c 2 art. 3.

9 Secundò rudiores excitari
di sunt ad dolorem, qui non sa-
tis advertere ad ejus necessita-
tem solent

10 De Confessionibus præ-
seritis factis à Pœnitente. nisi
clarè contrarium constet, sup-
ponendum regulariter adfuisse
dolorem, confessariumque suum
monus obivisse.

c De Lugo

est. absid.

CA.

CAPVT VI.

De iuramentis, aliisque ob-
ligationibus exposcendis
ab eo, qui absoluitur
in casu necessi-
tatis.

Iuramentum, quantum fa-
cit ad præsentem difficulta-
tem, triplicis est generis. Aliud
est de stando mandatis Ecclesiæ,
id est quod iterum talia pœni-
tens non sit commissurus. Aliud
est de satisfacienda parte. Aliud
de comparendo, id est quod pœ-
nitens propter necessitatem, ab
excōmunicatione reservata ab-
solutus, recurrere, seu compa-
rere debeat coram Superioribus
sub pœna reincidentia, hoc est
quod in eandem excommunicati-
onem, à qua fuerat absolutus
incidet.

2 Iam verò vel possumus sermonem facere de casibus reservatis, vel de reservatis excommunicationibus.

Quoad primum in articulo necessitatis, id est mortis; & valdè probabiliter in gravi periculo *a* ejusdem; immò & probabiliter; in quolibet impedimento perpetuo, *b* propter quod quis ad Superiorem ex se confugere non valet; quilibet Sacerdos potest de quibuscunque reservatis absolvere, cum præter id tempus non possit. At verò nullum tunc est exposcendum juramentum; quia pro casibus, quibus non est annexa excommunicationis, nullum adest jus, quod obliget ad tale juramentum. Ex tunc incendiarium; *d* huic enim, quamvis non sit excommunicati subjectus; erit juramentum injungendum, juramentum, inquam, de stando mandatis Ecclesiæ; nisi quis dicat legem id expo-

a Leg. Sano
chez l. 2.

b in Dec. 6.

13 n. 1.

c bCastr. 1. 1.

tr. 4 d. 4.

p. 3. §. 5.

n. 5.

c Irid. ses.

14. c. 7.

d C. Pessi-

mam 23.

q. 8.

expolcentem ex dissuetudine
jam non obligare.

3 Quoad secundum, in eo-
dem extremo, seu gravi pericu-
lo, vel impedimento perpetuo
e *Trid. ses.* quilibet Sacerdos potest quidem
14. c. 7. à qualibet excommunicatione,
sive jure, sive ab homine lata, et
iam propter hæresim contracta,
& quocumque modo reservata,
tanquam legitimus Minister ab-

*§ C exte-
nore de
sent exco.
g In ead
Bull clau-
sula o.
h Ibidem
cautione
præsta a*

*i L San-
chez l
in Decal
c. 13 n. 17.*

solvere; sed in percussore f cleri-
corum, & in omnibus casibus
Bullæ g Cœnæ, injungere po-
nitenti debet juramentum de
stando mandatis Ecclesiæ; & in
iisdem casibus Bullæ b Cœnæ
dumtaxat illud juramentum de-
bet injungere, nempe de satis-
facienda parte, si quæ læsa fuit
& nec remississe appareat. Dicitur
(dumtaxat) quia in aliis requiri-
tur eadem satisfactio partis
sed non sub præstito juramento.
Denique ab eo, qui à quacum-
que excommunicatione reser-

vata
tem
expo
cto p
riore
(qua
sariu
ciatæ
de no
excor
Di
ment
tum h
babil
Cleric
jure
C
De I
ac
A
m
vati

vata, propter talem necessitatem, absolvitur; aliud onus erit exposcendum; nempe ut transacto periculo, recurrat ad Superiorem, vel ejus delegatum (qualis certè esse solet Confessarius electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi) quod si deinde non recurrerit; in eandem excommunicationē relaberetur. *¶ C eos quò de sent. excom. 216*

Dixi autem (onus, non juramentum) si quidem juramentum hoc de comparando, probabilius est in percussione solum Clericorum, cum in aliis nullo jure caveatur, imponendū esse.

C A P V T VII.

De Jurisdictione Sacerdotis ad absolvendum necessaria.

AD facilem pœnitentiæ administrationem reddendam, multum

multum prodest, certum esse de
sua jurisdictione Confessarium,
quapropter hæc breviter adno-
to.

a Præpos.
de pœn. q.
7 du 5 n. 4
aliiq; pas-
sim ex Tris-
dent sess.

14 c 4.

b Castr. t. 1

tr. 4 d 4.

p. 3. § 5.

n. 8. & 9.

De Lugo

de pœn d.

18 sect 2.

n. 23. vo-

catæ pro-

babilem

nostram o-

pinionem,

quamvis

contrariâ

probabilio

rem & tu-

tiorem.

§. 1.

De Sacerdote non approbato.

Sacerdos simplex, non ap-
probatus, solum potest ab-
solvere à venialibus, & à mor-
talibus alias ritè absolutis: & de-
nique in casu necessitatis à
omnibus casibus, & excommu-
nicationibus, sine ulla restric-
tione, a modo tamen supra dicto
in capite præcedente; & quidem
b probabiliter etiam præsentis
Confessario approbato. Quam
probabilitatem sic ego breviter
probo, Non potest negari hæc
sententiam esse probabilem, &
fatentur ipsi Castrop. De Lugo
& sexdecim Doctores à De Lugo
go citati, aliiq; sed in ju-
dicio

atione probabili, sententia est
communis, quod Ecclesia dat
jurisdictionem certam: ergo
prædicta jurisdictione non erit am-
plius probabilis; sed certa. Mi-
norem hujus argumenti probat
ipse Castropalausc afferens Sua-
rium, Lessium, Thomam San-
chez, Basilium de Leon, Ægi-
dium Coninch, Bonaciam, a-
liosque, qui omnes affirmant o-
peranti ex opinione probabili,
qua scilicet quis probabiliter ju-
dicat se habere jurisdictionem;
statim de facto ab ipsa Ecclesia
jurisdictionem certam conferri:
ergo, &c.

c Castrop.

cod. t. 1.

disp. 1. de

consciētia

opinante

p. 5. n. 9.

§. 2.

De Confessore approbato.

2 **S**acerdos ritè vel à suo Or-
dinario, seu Prælato, vel à
Summo Pontifice approbatus,
eos, respectu, quorum est appro-
batus,

batus, potest absolvere, tum ab omnibus casibus, tum ab omnibus excommunicationibus alias nulli Superiori reservatis.

Ad hæc clarius explicanda, quatuor adverto.

Primò Episcopis, seu Prælati Summo Pontifice inferioribus,

nulli sunt casus, & neque excommunicationes reservata in jure.

solum igitur solent ipsi aliqua sibi reservare; quare quilibet

Confessarius consulat suæ Diocæsis constitutiones, & jura, vel

legitimas consuetudines. Vnum subadverte, casus hosce, quos

sibi hi reservant vim solum habere in sua Diocæsi, non in altera.

Nam propterea Diocæsarius qui fortè peccatum in sua Diocæsi reservatum committatur Confessario in altera Diocæsi, ubi

non est reservatum, poterit absolvi à dicto Confessario: *b* quia

supponimus isti nullam factam esse retractionem (ut esse factam

retr

a *Suar. de pœn d. 29. sec. n. 6. Fill. tr 5. à n. 237.*

b *Fill. tr 7. à n. 383.*

restrictionem quandam pro Religiosis Societatis Iesu peccatum reservatum fortè confitentibus, dum iter agunt, & scimus) Quod si dictus Diocesanus mutet domicilium, seque in aliam Diocesim transferat: multo magis in prædicto casu poterit absolvi, ut de se constat.

¶ Secundò regulariter nullus est casus reservatus in jure Summo Pontifici, cui non sit annexa excommunicatio. Unde colligunt rectè Doctores, quòd si quis non incurrerit excommunicationem, propter aliquam causam, v. g. propter ignorantiam, etiam si esset hæresis externa (nam propter internam quamcumque culpam, cum Ecclesia nolit judicare de internis, nulla incurritur excommunicatio) tunc illud peccatum, seu casus non esset reservatus, sed posset à quocumque legitimo Confessario absolvi.

c De quo De Lug. de poen d. 15. sect 6. §. 3.

d Fall in inst. brevi. c. 2. ar. 5

e Sanc. l. 8 de matr. d. 9 n. 20. circ. med. Castr. l. 1. tr. 4 d. 4. p. 3. mit.

§ 3 Tertiò

f. Trid. ses. 24 l. 6. de reformat. 4 Tertiò Episcopis conceditur à Tridentino, f. ut possint in foro conscientie absolvere suos subditos ab omnibus casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis: idque in hæresis criminis eisdem, non verò eorum Vicariis permittitur: id quod

g. Fagund.

2. Ecc. precept. l. 8.

c. 7. n. 33.

leg. etiam

Cast. 10. 1.

tr. 4 p. 3.

§. 1. n. 29.

h. Fagund.

ab. Cast.

ibid. n. 19.

et 20.

1. Foll. tr. 7.

§. 1. §. 1.

intellige etiam post *g. Bullam Cœnæ Domini*: & quando dicitur (non eorum Vicariis) intellige de Vicariis ex officio; nam posse hæresis occultæ absolutionem, vel Vicario, vel cuicumque Sacerdoti specialiter, quando casus occurrerit committere, non est mihi dubium. *h. Per occultum autem casum intelligitur quando peccator non laborat publica infamia, quoad illum casum, etiam si aliquibus sit notus.*

5 Atque ex hac tertia animadvertione efficitur, ut Confessarius in his occultis non cogatur mittere poenitentem, sed confugere ad Summum Pontificem.

eem; satis enim superque erit ad Episcopum. Est & aliud remedium, id est Bulla, & privilegia Religiosorum, de quibus jam aliquid subdo.

6 Denique adverto Catalogum Censurarum reservatarum haberi apud Filliucium 1

§. 3.

De Confessario electo per Bullam Cruciatæ, vel Iubileum.

7 **P**ER Bullam Cruciatæ conceditur accipienti illam (nam non satis est propositum accipiendi: cum contra satis sit accipere, quamvis dilata solutione) in Regnis Hispaniæ, posse absolvi in illo anno, quo Bullam accipit, à quolibet Confessario ritè approbato, (& probabiliter si satis est si fuerit approbatus se- mel à quocumque Ordinario) ab

§ 2

omni-

1 Tract. 19
& 16. in
fine

a Jos. Au-
gust. in nos
tit brevè
de Bulla
Cruciatæ
n. 12.

b Henric.
Fill. Con-
Regin. a-
liq; apud
Dian p. 1.
tract. 11.
res. 7.

omnibus casibus, & excommu-
nicat omnibus Episcopo quomo-
documque reservatis (præmissa
debita satisfactione, ubi opus
fuerit,) toties quoties, & ab
omnibus Pontificiis publicis, se-
mel in vita, & semel in morte in
illo anno, & per aliam Bullam
iterum semel in vita, & semel in
morte in eodem anno, sed non
tertiò per tertiam. c

*Jos. Au-
gust. in no-
m. brevi
de Bulla
C ucrata
c. 5.*

8 Dixi (à Pontificiis publicis)
nam ab occultis, excipe semper
hæresim, potest toties quoties
idque propter rationem mox di-
cendam §. sequenti numer 11.
Tam lata est potestas absolvendi
per Bullam omnes excommuni-
cationes, satisfacta, si opus fue-
rit, parte; ut etiam possint ab-
solv. in foro tamen interno, ex-
communicati, sive generaliter
pro peccatis, quæ sint commissa
post Bullam acceptam, vel etiam
antea, sive nominatim denuo-
ciati

ciati. *d* Esse autem absolutum
quempiam ab excommunicatio
ne in foro interno; hunc effe
ctum habet: ut si excommuni
catio sit occulta, licet pro cul
pa, pro qua fuit excommunica
tus, & pro ipsa excommunica
tione, manifestetur possit apud
iudicem externum puniri ipse
tamen privatim potest se gere
re, ut non excommunicatum;
quia de facto absolutus est au
thoritate Summi Pontificis. Ac
si casus, seu excommunicatio,
non sit occulta, & absolutio sit
per Bullam in foro conscientiae
data; potest se in occulto gere
re, ut non excommunicatum; ac
publicè se debet, sicut excommu
nicatum gerere; quia secus fa
cet praesudicium foro exteriori.

9. Absolutio à Censuris virtu
te Bullae potest fieri & etiam ex
tra Sacramentum Pœnitentiae
& etiam per formulam ordina
riam & absolutionis à Censuris.

§ 1

Nec

*d Ludov.
à Cruce in
exp. sic.*

*B. II. Cru
ciata d. 1.
§. 4. du. 1.*

*e. Id. ibid.
du. 3. n. 9.*

*f. Id. ibid.
n. 12.*

*g. Jos. An.
gust. ibid.
n. 6.*

h. Ib. n. 7.

mmu
uomo
emissa
i opue
& ab
cis, se
orte in
Bullam
emel in
ed non
blicit)
semper
uotias
nox di
ner 11.
olvendi
muni
ous fue
int ab
rno, ex
eraliter
ommissa
l etiam
denuo
ciati

Nec est necesse, ut pœnitens
i Id. ibid. Bullam habeat secum; cum satis
n 8 & Lu- sit, ut habeat domi; Immo ec-
dov à Cru- iam si illam amiserit, dum ca-
ce in expo. men sponte non projecerit. *m.*
sit. Bull. 19 Quoad Iubilæum, in quo
Cruc. d 1. solet concedi latissima potestas
c. 1. dub 2. absolvendi à peccatis, & excom-
Id Lud. municationibus: secundum ejus
à Cruc ib tenorem erit procedendum.
m Joseph
Aug. n. 8. §. 5.

De Confessore Privilegiato.

II **H**I solent esse Mendican-
 tes, & qui in eorum
 privilegiis communicant. Hi
 ergo extra Italiam, & ii, qui in
 urbe Roma commorantur; inter
 quos sine dubio numerantur
 Confessarii Societat. Iesu, &c.
 possunt absolvere ab omnibus
 a casibus Pontificiis, item toties
 quoties (satisfacta semper par-
 te)

a In com-
pendio pri-
vil. Soc.
Jesu V ab-
solutio s. 1
& univers-
saliter
pro omni.

re) præter casus Bullæ Cœnæ, à quibus non possunt. b

Rodrig. q.

22 Excipe item excommunicatos nominatim per sententiam

1 in Comp.

V. absolut.

prolatam ab homine, quos non potest absolvere nisi ille, qui tulit, vel ejus successor, vel Superior (qualis est censendus de-

cul. à n 34.

c. Hill. tr.

11. n 297.

legatus à dicto superiore:) ut

Alte-

occurrit quando quis absolvitur

rius t. 1. à

virtute Bullæ Cruciatæ. Ex-

l. 4. d. 2.

c. 2. & 3.

communicatos autem sive nominatim, sive generaliter ab

o. c. 5. §.

homine, Confessarii Soc. Iesu non debent absolvere, sine speciali

Privil.

d. In Comp.

licentia suorum superiorum; prout explicatur in

Privil. S.

Jesu §. 2.

pend. Privilegiorum ejusd. Societ. Alii tamen Mendicantes

V. absolut.

e. J. laCruz

possunt. Et ratio diversitatis est, quia Confessariis Societatis

in Comp.

Priv. l. 2.

id limitatur à suo Patre Generali, quod limitare utique ex suis

c. 6. du. 1.

f. In præf.

privilegiis potest: qualitate privilegii carent cæteri.

ejusd. Cop.

Priv. Soc.

23 Hæc pro Confessariis Mendicantibus.

Jesu.

dicantibus, eorumque privilegia participantibus extra Italiam, & intra Urbem. De iisdem nunc breviter dicendum, intra Italiam, & extra Urbem. Certum est hos posse absolvere à cæteris & præter sequentes, hoc est, primò præter casus Bullæ Cœnæ; secundò præter casus sex Pontificios positos in moderatione ejusdem Decreti Clement. VIII Denique tertio præter casus, quos sibi Ordinarii locorum reservant. De hoc tertio nihil occurrit addendum. De primò, & secundò solum præter exponendum erit in gratiam legentium, qui nam illi sint.

Bullæ Cœnæ Summa.

Hæresis, librosque Hæreticorum legentes.
Pyratæ in mari Romano eorumque fautores.

g Ex decreto Clementi 8. posito à L. dov. la Cruce de expos. Bullæ Cruciate d. p. c. 3 d. b. à Apud sand. ib.

Imponentes nova pedagia, gabellas, &c.

Falsificantes litteras Apostolicas:

Arma, ferrum, &c. Equos, &c. deferentes ad inimicos nominis Christiani, vel ad Hæreticos, illisque auxiliantes consiliumque dantes, &c.

Impedientes eos, qui victualia Romam deferunt.

Qui euntes Romam, vel ab ea recedentes spoliant, mutilant, capiunt, & sine jurisdictione vexant in Curia Romana commorantes.

Vindicantes sibi jurisdictionem Apostolicam.

Vulnerantes, vel capientes Episcopos, Cardinales, &c.

Qui per se, vel per alios, personas, quæ Romam pro suis causis recurrunt, vel inibi propter easdem commorantur, vel iudices, Officialesque dictarum causarum,

sarum, occasione earumdem, &c. occidunt, percutiunt, spoliant.

Appellantes, à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad potestatem sæcularem.

Impedientes earumdem litterarum Apostolicarum, seu causarum spiritualium executionem.

Iudices sæculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia, quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

Impedientes Prælatos, ne sua jurisdictione utantur, quiq; illorum delegatorum judicia eludentes, recurrunt ad curiam sæcularem, aut contra illos aliquid decernunt.

Vsurpantes Ecclesiarum jurisdictiones, vel etiam fructus.

Imponentes onera Ecclesiasticis.

Iudices sæculares, qui se in

terpo

terponunt in criminalibus contra Ecclesiasticos.

Occupantes bona Ecclesie Romanæ, illiusque jurisdictionem usurpantes.

Præsumentes absolvere prædictos.

Sextus casus Pontificii, à quibus non possunt absolvere Mendicantes intra Italiam & extra Urbem.

i Apud Ludovic. à cruce citatum.

24 **V**iolantes immunitatem Ecclesiasticam in terminis Gregor. XIV. Cum aliis Nonnulli.

Violantes clausuram Monasterium ad malum finem.

Provocantes, & pugnantes in Duello, juxta Trident. & Constitutionem Greg. XIII. Ad tollendum.

Injicientes violentas manus in Clericos juxta Canonem, Si quis suadente.

Sime:

Simoniam realem scienter
contrahentes.

*1 Bulla
Pis IV.
Romanū,
& Pis V.
intolera-
bilis.*

Confidentiam beneficalem;
quæ est ea, / quam committunt
personæ resignantes aliquod be-
neficium, vel illud acceptantes,
vel collatores, vel electores, ve
præsentatores, quando resi-
gnant acceptant, conferunt, eli-
gunt præsentant cum intentio-
ne, seu certa confidentia, quod
beneficium, seu ejus pars ali-
quo tempore reservata sit in fa-
vorem, live ipsius resignantis, li-
ve alterius cujuscumque.

*in Fill in
Instruct.
brevis c. 1.
art 5. §.
Quarto
sunt.*

15 Hæc, ut dixi, in gratula-
tionibus Confessoriorum pe-
sita sunt; Cum enim Confessa-
rius, ut rectè suo fungatur mi-
nisterio, teneatur m scire casus,
ve excommunicationes, saltem
ordinarias, quas ipse non potest
absolvere; nam de illis, quas po-
test satis est si habeat cognitio-
nem confusam, intendatque
absolvere, si opus fuerit; *Conf*

Con
ext
est
Bull
com
fessa
dica
tra V
dem
Can
ctos
que
vbi d
Conf
privi
solu
etiam
tione
extra
logus
Filluc
est; h
tium n
eunde
tic. 5 b
rium

Confessarius ex Mendicantibus
extra Italiam, & in Vrbe, satis
est si sciat excommunicationes
Bullæ Cænæ, quas iam modo
compendiosè delibayimus. Con-
fessarius autem ex ijsdem Men-
dicantibus intra Italiam, & ex-
tra Urbem, sufficit si sciat eas-
dem excommunicationes Bullæ
Cænæ, & insuper sex modò di-
ctos casus Pontificios: & deni-
que casus ab Ordinario diæcesis
ubi degit, reservados. Demum
Confessarius non participans
privilegia Mendicantium, non
solum prædicta scire debet; sed
etiam illas alias excommunica-
tiones reservatas in jure, & in
extravagantibus, quorum Cata-
logus, ut supra dixi, est apud
Fillucium: *o* qui quia longus
est; hic transcribere operæ pre-
tium non fuit; est tamen apud
eundem in instructione brevi ar-
tic. 5 brevior Catalogus ordina-
rium excommunicationum re-

*o Trac. 15
§ 16*

T ser.

servaturum; quo, si mavis uti, ad
facilitatem potes.

16. Petet hic aliquis, an in
hac materia Siculi, Sardi, Cor-
sique Confessarii Mendicantes
p *Tom. 1.* censentur sint extra Italiam? Res-
a *p. 102* pondeo non esse extra, sed intra
dub. 16. n. Italiam, putat Merolla; p sed im-
143. merito, saltem enim probabiliter
est, & tutum Siciliam, Sardiniam
Corsicamque, multo magis Me-
litam non esse in odiosis censen-
das sub nomine Italiae, sed insu-
larum Italiae adjacentium in fa-
vorabilibus esse. Pro hac proba-
bilitate habeo apud me Opuscu-
lum compositum à Patre Fran-
cisco Chiros Societatis Iesu ac-
curatissimo Theologiae Moralium
professore, in quo id probatur
Geographia, ex Historiis, ex
jure Caesareo, ex jure Pontifi-
cio, solvitque opposita dilige-
nter. Sane ipse Merolla affert
pro nostra sententia Horarium
Gambacurtam de casibus referentem
vati-

vatis cap. 3. num 8. & Dianam
tract. 3. Miscell. ref. 30. & Mega-
lam p. 1. Instit. Peregrin. cap. 13.
nu. 20 Rationes autem, quas pro
se profert Merolla, responsiones
que ad nostras objectiones non
sunt, meâ sententiâ, ejusmodi;
ut à nostra opinione evellere
probabilitatem possint.

17 Sed denique, pro supra-
dictis, quidam scrupulus pro do-
ctoribus est eximendus. Dictum
est Mendicantes prædictos ex-
tra Italiam posse absolvere à
casibus Pontificijs, exceptis
casibus Bullæ Cænæ; & insuper,
posse absolvere à casibus reser-
vatis ab ordinario. Contra hoc
posterius videtur esse declara-
tio quædam sub Urbano VIII.
die 17. Novembris. 168. quam
per extensum ponit Ludovi-
cus à Cruce in expositione Bul-
læ Cruciatæ, q ubi expressè
videtur Pontifex velle ut, om-
nes Confessarii, extra Italiam,
non

non absolvant à casibus Episcopo reservatis.

*Ludov. a
Cruce in
expositio-
ne Bullæ
disp. 1. c. 3
dub. 5.*

Respondeo, hoc decretum non obstare iis, quæ hætenus dicta sunt, pro Mendicantibus: quod ita probari potest. Illam facultatem absolvendi à casibus Episcopo reservatis abrogat hoc decretum; quam Concilium Tridentinum, & decreta Congregationis abrogarent; ut patet ex verbis dicti decreti: sed facultas absolvendi à prædictis casibus reservatis, qua Mendicantes gaudent in Sicilia, Sardinia, Corsica, non fuit abrogata à Tridentino, nec à decretis Congregationis: ergo hæc facultas ab hoc decreto abrogata non est Minor probatur. Non à Trid. sess. 14. c. 7. solum enim ibi dicitur quod Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis; ad Superiores, & legitimos iudices remittant pœnitentes; per quæ verba à Mendicantibus hoc Privilegium legimus

leg
ten
XII
Non
greg
ante
facu
ven
intr
igit
num
cam
qua
cre
lum
1
dici
rum
dica
solu
tiam
que
deo
(in v
firm
sus v

legium non est ablatum, & sal-
tem ex declaratione Gregorij
XIII. r non esse ablatum constat r. *Quam*
Non à Decretis prædictis Con- *ponit Ros*
gregationis: hæc enim, ut paulò *driq. in*
ante vidimus, non abrogarunt *compen-*
facultatem à reservatis absol- *dio v. ab.*
vendi extra Italiam, sed solùm *solutio*
intra Italiam, extra Urbem *Cum quoad scæ-*
igitur hæc facultas extra Italiam *cularem*
numquam mortificata, ut ita di- *n. 41.*
cam, fuerit, numquam revixit;
quam reviviscentiam hoc de-
creto Urbani VIII. abrogare so-
lum intendit.

18. Obijcies. In decreto hoc
dicitur quod in vim Privilegio-
rum, aut Confirmationum Men-
dicantes non possint. Ergo non
solùm de confirmatione, sed e-
tiam de Privilegijs quibuscum-
que loquitur Decretum. Respon-
deo, in Decreto notanter dicitur
(in vim privilegiorum aut con-
firmationum ejusmodi) & sen-
sus videtur esse, quod non pos-
sint

sint absolvere in virtute Privile-
giorum concessorum ante Tri-
dentinum, nec possint absolvere
in virtute confirmationis prædi-
ctorum privilegiorum forte da-
tæ post Tridentinum: hæc enim
à Decretis congregationibus ab-
rogata fuere, quia de ejusmodi
privilegijs, & confirmationib.
loquitur hoc Decretum, ut ex
narrativa ejusdem apparet, non
verò de quibuscunq; privilegijs,
cum ergo Mendicantes gaudeant
hac facultate, de qua disputa-
mus, saltem ex privilegio Pauli
Tertij concessio Societati Iesu,
quod omnes Mendicantes parti-
cipant, & ex privilegio item
Pauli Quinti eidem Societati
non confirmato solum, sed de
novo concessio, atque hæc post
Tridentinum; sit consequenter
ut hoc decretum Urbani VIII,
de eiusmodi facultate nequa-
quam loquatur. Hæc pauca pro-
curiosis hæcenus.

q. Rodrig.
in com-
pendio v.
absolutio
quoad sæ-
culares
n. 36.

C A P V T VIII.

Quid faciet Confessor, si
erraverit in absol-
vendo.

§. I.

Proponitur Quæstio.

Tripliciter id evenire po-
test. Primo si erraverit,
quoad valorem Sacramenti, ab-
solvendo v. gr. sine potestate:
ut si absolvisset à reservatis
vel sine intentione, vel sine de-
bita penitentis dispositione. Se-
cundò si erraverit quoad ali-
quid, quod erat in damnum ter-
tij: v. g. non obligavit ad restitu-
tionem debitam: & idem est si ob-
ligavit ad in debitam. Tertiò
si erraverit in aliquo, quod nec
bonum tertij, nec validitatem Sa-

T 4 cra-

cramenti læderet, sed solum v.
g. non interrogavit de numero,
vel de requisitis circumstantiis
peccatorum, vel reliquit pœni-
tentem in occasione proxima,
Iam de singulis hisce eventibus
nostro more, breviter.

Sed prius advertendum est
jussmodi errores, vel à Confes-
sario posse committi ex culpa
mortaliter gravi, quam malam
fidem vocabo: vel ex nulla, aut
saltem venialiter levi, quam
appellabo bonam fidem: nam
hac distinctione posita, clariora
evadent, quæ subdenda sunt.
Initium autem facimus à tertio,

§. II.

De Errore citra Tertii Damnum

2. **Q**Vando ergo Confessa-
rius erravit tertio mo-
do: si bona fide processit; ad
nihil illum obligo, sed Deo om-
nia

nia commendat, si mala fide, de-
bet *b* diligentiam mortalem ad-
hibere, ut pænitentem admone-
at, de cujus admonitionis modo
mox aliquid attingam num. 6. 74.
Ratio est quia in posteriore hoc
eventu confessor esset causa, ne
pænitens obligaretur v. g. con-
fiteri integrè omnia peccata ;
tali obligationi, saltem materi-
aliter, non satisfaceret. At in
casu priore non censeretur cau-
sa moralis. Hujus autem ratio
ulterior est, quia bona fides fa-
cit, ne tunc confessor sit, seu
censeatur ejusmodi causa mora-
lis: nullam enim culpam adhi-
bit, &, ut suppono, non dixit
pænitentem non esse obliga-
tum, sed solum tacendo non in-
terrogavit, vel non obligavit.
Sanè si quis ex fidelibus, die fe-
stivo, quem ipse crederet feria-
tum, laboraret; ego non obli-
garer docere eum de diei festi-
vitate; si ejusmodi monitionem

*Idem De-
lugo cit. n.*

74.

facere non possem sine meo gravi incommodo: & ratio est, quia non tenor ex iustitia, quod si tenor ex caritate, certè illud incommodum me excusat; ut est communis doctrina in omnibus obligationibus provenientius ex debito caritatis. Ita est in casu nostro, nam ex una parte grave censetur incommodum cum meo rubore, & ostendendo me errasse, monere pœnitentem, & ex alia nullum damnum obvenit pœnitenti bona fide procedenti (ut supponimus) & solum materialiter legem, de integritate confessionis non observanti.

3. Petes, quid si bona fide positivè deobligavit; vel quod idem recidit, pœnitens monitus ex silentio confessarii, putavit se non obligari ad prædicta? Respondeo, regulariter ad nihil illū obligari docet Fillucius, & Rarò obligari docet Delugo. *Rectè*

uter-

lugo cit.
de pæn.
disp 12
sect. 3. n.
65. b De-
lugo ib.

e Ibid.

e Delugo
ant. ib. n.
47.

d Ibid

pecces, non teneris ad restitu-
tionem: quia Confessor non te-
netur ex iustitia quærere bonum
temporale aliorum, Quod si il-
lum positivè obligasti, vel de-
obligasti; si mala fide id à te fa-
ctum est, certè e obligaris vel
monere cum effectu, quo ipse
restituatur; vel si nolit: vel jam
nunc non possit, cum potuisset
ante tuam deobligationem, tu
teneris restituere: fuisti enim
causa positiva damni unde obli-
garis ex iustitia Si vero bona
fide processisti; etiam obligaris
d (sic urgente damno Tertij)
cum aliquo tuo incommodo;
non tamen cum tanto, quanto si
mala fide processisses; quia
nunc teneris ex caritate, non
verò ex iustitia, ut dictum est.
Aliqui putant in hoc casu ad-
esse obligationem aliquo modo
ex iustitia; si quis enim sine
culpa incenderet domum alic-
nam, ut primum id advertit, te-
netur

nerur (aiunt) ex iustitia; si potest non cum tanto incommodo extinguere; licet alius, qui non incendit, non ex iustitia sed ex sola caritate teneatur. Ita in casu nostro, &c.

§. 4.

De Errore cum invaliditate Sacramenti.

Quando confessarius erravit primo modo, hoc est ita, ut Sacramentum Pœnitentiæ, quod administravit, invalidum fuerit: si fide mala processit; debet omnino, cum suo etiam gravi incommodo, pœnitentem admonere, sic exposcente damno scienter illato à confessario. Si verò bonà fide; tunc solum debet (semper supponimus quod possit illum convincere) admonere, etiam cum proprio aliquo dedecore, & incom-

a Filliue. in Instit. brevi, c. 4 § Dico i- gitur primo, & De lugo dicta disp. 22. de pœn. sect. 3. n. 58. b De lugo ib.

commodo, quando est periculū, ne pænitens amplius confiteatur, ut si esset v. g. graviter infirmus. Ratio est, quia tunc est periculū mortis æternæ pænitentis; atq; adeo pænitens tunc versaretur in extrema necessitate. At si tale periculum non est quia spes est, ut iterum validè Sacramentum pænitentiae suscipiat, non esset in necessitate extrema, nam in sequenti confessione bonâ fide faciendâ, iam directè absolvetur ab omnibus peccatis aliis non legitimè absolutis; illud autem inconueniens, quod non servabitur materialiter lex Dei de subdendis omnibus peccatis directè clavibus; refarcitur ab excusatione ducta ex rubore confessarij, eodem modo quo dicitur est §. 2.

Sanchez
l. 3. de
matrimonio disp.
6. n. 3. con-

9 Petes, quando admonendus est ejusmodi pænitens, quomodo fiet sine fractione sigilli? Respondeo; confessor ne sigillum frangat, debet petere veniam a

pœnitente loquendi cum ipso de re ipsi pœnitenti necessaria ad salutem, atque ad ejusdem Sacramentalem confessionem præteritam pertinentem. Si pœnitens concedat, jam tutò confessor admonebit; si negat, ad nihil aliud tenetur; c quia jam functus est suo munere, quantum potuit.

tra Suar. dis. 33. de pœn sec 5. dicentem posse ad huc & debere admonitionem prosequi, quia talis locutio est pars confessionis præterite.

C A P V T IX.

Aliqua pertinentia ad Confessarium antequam absolvat.

In unum redigimus quædam, que supersunt, quæque superius meliorem locum, quam hunc obtinere non potuisse visa sunt.

§. 1.

§. 1,

*Ex qua opinione Confessarius
Penitentem absol-
vat*

a Suarez
de pan.
disp. 32.
sect. 5.
Sanch lib.
1. in De-
cal c. 9. n.
28 & 29.
aliq; Ca-
strop. to. 1.
disp. 7. de
conscient.
opin. p. 5.
n. 3.

4. **P**Otest, a immo debet Con-
fessarius sequi opinio-
nem probabilem pœnitentis,
contra propriam sententiam si-
ve probabilem. sive probabilio-
rem. Ratio est, quia tunc pœni-
tens est rectè dispositus; dum
enim sequi paratus est opinio-
nem probabilem; jam vult ab
omni peccato discedere, & quã-
vis in rebus humanis, sive Iu-
dex, sive Medicus deberet opi-
nionem probabiliorem sequi,
de qua re nobis nunc agendum
non est, tamen confessario, qui
non alio modo est Iudex, & Me-
dicus, nisi ut anima pœnitentis
iustificetur; satis erit si pœni-
tens rectè ad prædictam justifi-
cacio-

ationem dispositus appareat :
id quod satis habetur, sequendo
opinionem probabilem.

1. Petes, debetne id sub mor-
tali, Respondeo ita. *b* Et qui-
dem confessarius proprius, idest
Parochus, debet toties quoties
ad se recurrerit pœnitens eum
absolvere, seque pœnitentis o-
pinioni probabili conformare ;
delegatus verò, idest non propri-
us, licet audita confessione, pro
ea vice idem debeat ; tamen pos-
test eum monere, ne iterum re-
deat, nisi eam opinionem depo-
nat. Ratio diversitatis est du-
cenda ex obligatione, quam ha-
bet Parochus pro suis ovibus
audiendis, à qua non urgetur
delegatus, Obligamus autem de-
legatum pro ea vice : quia quan-
do confessarius quicumque au-
dit confessionem ex suppositio-
ne, quod audit, obligatur sub
mortali conformare se opinioni
probabili ; quia tunc pœnitens
cum

*b Delugo
de pœn.
disp. 22.
num 48.*

cum sit rectè dispositus, habet ius absolutionis, ne iterum cogatur sua scelera alteri manifestare

*x Suarez
citato nu,
2. Sanchez
cit.*

*dMonte-
sin. & ali-
qui ap De-
lugo disp,
22. cit sec
2. nu. 28.
nec repro-
bat ipse
Delugo
siquidem
contrari-
um solum
vocat ve-
rius.*

3 Non est tamen negandum excusari nonnunquam, propter levitatem materiæ eiusmodi Confessarium; ut si confessio fuisset de peccatis venialibus, aut ita brevis, aut de tali materia ut ejus repetitio apud aliam Confessarium grave onus minimè censeatur. Immo aliqui d in hoc confessario delegato nunquam talem obligationem mortalem agnoscunt? quia talis confessarius volendo audire pœnitentis peccata, non vult cedere iuri suo. quo liber est, ut possit suam in operando opinionem sequi.

4. Petes iterum, quando confessarius potest, vel debet conformare se opinionem pœnitentis pœnitentis: probabilis opinio an satis ut pœnitenti appareat probabilis, quamvis in se talis nequam sit? Respondeo debet esse

talis

§. II.

An Confessarius sciens Penitentem non fateri peccatum quod commisit possit illum absolvere.

5 **Q**uid faciet confessor quando adverteret penitentem aliquod peccatum commisisse, quod neque ex se neque interrogatus confiteretur. Dico, si scit evidenter, quod commiserit, & item evidenter novit, quod alteri confessio non sit, absolvere non potest. *a Suarez de pen. disp 32. sec. 3. n. 9. Fagund. l 6. de 2. præc Eccl. cap. 4.* quia clarè ipsi tunc constat eisdem modipenitentem non esse dispositum, 6. Dixi (si scit evidenter) si enim dubitat, vel dubitat an penitens licitè neget, potest absolvere; quia quilibet debet presumi bonus, atque ad eò rem dispositus, nisi contrarium clarè

constet. Quoniam igitur ea e-
videntia rarissima est? sæpe i-
tem contingere potest, ut pæ-
nitens habeat tacendi causam
rationabilem, iuxta alibi dicta
ad evitandum; v. gr suum vel
alterius damnum; vel habeat
aliquam probabilem opinionem
pro se, suaq; actione idè; regu-
lariter, videtur absolvendus.

7. Quid, si confessarius ex a-
liorum confessione novit, v. g.
Petrum tale crimen commisisse
nec esse confessum; ipse autem
Petrus interrogatus negat; ha-
bendam èrit fides aliis: an Pe-
tro? Respondeo Petro potius,
quam aliis, quia in hoc iudicio
pænitens est reus, testis, & ac-
cusator? magisq; est creden-
dum in hoc foro pænitenti in
sua causa, quam alijs in aliena.

8. Sed quid; si Confessor ad-
vertit pænitentem tacere pec-
catum, quod clarè commisit;
obligatur nè inrerrogare? Res-
pon-

Peniten-
catum
it il.

confessor
rteret pe-
peccatum
que ex se
confitetur
ter, quod
evidentia
confessio
n potest
nstat eius
n esse rati-
enter) sic
itat an pæ-
otest absol-
lebet pæ-
adeo red-
arium clarè
co

pondeo obligatur si advertit tale
 silentium oriri ex malo exami-
 ne: quia debet pœnitentem in-
 dispositum ad rectam dispositi-
 onem adjuvare: immo etiam
 inculpabiliter pœnitens omittet-
 ret: quia Confessario etiam in-
 cumbit cognoscere plenè statu-
 rei, illumque rectè dirigere ad
 eamquam absolvat. Quomodo
 autem, & qua prudentia inter-
 rogare debeat pœnitentē de pec-
 catis ab ipso commissis, jam
 subdo.

§. III

*Qua ratione Confessor. antequam
 absolvat, Pœnitentem in-
 terrogare debeat,*

9 **H**Æc animadversio supra
 cum de integritate con-
 fessionis actum est, suum germa-
 num nancisci locum poterat
 rum nec ab hoc loco, ut con-
 dera-

deranti patebit, aliena prorsus est, Quare breviter de illa aliquid, ex Delugo, a qui solidè, & dilucidè illam exagitat, breviter de nostro more, quantum ad expediendam confessionem pertinet, afferemus.

a Delugo
de pæn. 1
disp. 16.
sect. 14.
num. 589.

io Confessarius non obligatur ad examinandum pœnitentem exquisita industria & exactissimo examine, sed suavi, & humano. Ad cognoscendum autem gradum hujus diligentia, quam adhibere debet Confessarius, nota, posse errari vel per defectum vel per excessum. Per defectum errant rudes, ignarique Confessarii nihil interrogando, vel solum crassissima quædam, vel universalialia: Per excessum enim fallunt Doctores, quia his occurrunt plures, & plures, interrogationes, quibus melius species, vel numerus peccatorum explicarentur Circa quod advertendum est, Confessarium non obligari

ligari plus ad interrogandum, quam ipse pœnitens ad se examinandum: immò pœnitens obligatur primo loco & deinde juxta capacitatem pœnitentis Confessarius: pœnitens autem non obligatur ad exactissimum examen, sed ad humanum, hoc est tale, quo ad Sacramentum hoc non reddatur nimis grave, & onerosum; nec ista est bona consequentia, si plus hic se examinaret, plus inveniret; ergo ad hoc obligatur, non est, inquam, bona consequentia. Ratio est, quia non est attendendum solum ad exactam, & integram confessionem peccatorum! sed etiam per maximè, ne Sacramentum, ex hoc capite, reddatur nimis onerosum, & grave. Ideo ergo dicendum est de interrogationibus à confessario exhibendis: non enim aliis, aliisque minutissimis interrogationibus torquere debet pœnitentem, sed

gandum, se exami-
ens obli-
ode juxta
tis Con-
tem non
mum exa-
n, hoc est
ntum hoc
grave, &
est boni
hic se ex-
iret; ergo
n est, in-
entia. Ra-
tendendū
integrū
orū! se
Sacramen-
, reddat
rave, Ideo
le interro-
ario exhibi-
iis, aliisq;
gationibus
entem, se
ha-

humano, prudentique modo ;
quamvis omittenda sit aliqua
differentia, vel numerus, alias
aperiendus.

ii Sed inquireret aliquis ali-
quam regulam circa huiusmodi
examen, humanaeque interro-
gationes. At profectò non potest
dari una, & eadem regula pro
omnibus: pender enim ex capa-
citate, & dispositione corporali,
ex attentione; aliisque circum-
stantiis. Quare pauciores, &
crassiores interrogationes de-
bent fieri homini inculto, & bar-
baro, quales sunt Indi Occiden-
tales, quam alicui Europæo: le-
vius item examinandus est ru-
sticus noster, quam homo civi-
lis: levius, qui ægrotat, & diffi-
culter potest ad subtiliora atten-
dere, propter capitis debilita-
tem, quam homo sanus, & ro-
bustus. Denique [quod notan-
dum est etiam] levius, & mi-
nus exactè interrogandus est

V

circa

circa singula, qui plura habet
 peccata, quam qui pauciora Ra-
 tio colligitur ex dictis: quia cum
 solum requiratur diligentia, &
 examen humanum, hoc autem
 sit illud, quod non generat ex se
 fastidium, & tædium huius Sa-
 cramenti; consequens est, ut
 minùs distincta notitia requira-
 tur ab eo, qui vel propter inca-
 pacitatem, vel propter morbum,
 vel propter peccatorum multi-
 tudinem, vel aliam ob causam
 difficiliùs posset exactam noti-
 tiam reddere. Nam illi, qui con-
 fiteri debet peccata totius vitæ,
 quam in omni peccatorum gene-
 re expendit; difficillimum esset,
 & aptum ex se ad reddendam
 illi confessionem odiosam, &
 gravem nimis, examen illud,
 quod alteri facienti confessione
 menstruam, non esset difficile,
 sed facile. Et hæc est ratio, cur
 à meretrice, & concubinario,
 & similibus minùs exactè, & di-
 stinctè

stin
 cator
 vel p
 in ec
 rum
 uniu
 fiten
 long
 hibe
 ret,
 quar
 inte
 dere
 fessi
 grav
 rius
 & n
 guli
 sing
 tilio
 ri

distinctè petamus numerum peccatorum, quam si per mensem, vel per hebdomadam solam v. g. in eo peccato fuisset: quia nimirum diligentia, quæ pro peccatis unius hebdomadæ distinctè cōfitendis sufficeret; eadem si pro longo tempore examinando adhiberetur, difficultatem ingereret, & molestiam talem, ad quam præceptum confessionis integræ non obligat; quia redderet præceptum ipsum, & confessionem nimis molestam, & gravem. Debet ergo Confessorius accommodare se pœnitenti, & noticiam peccatorum à singulis petere, juxta capacitatem singulorum; subtiliorem à subtilioribus, crassiorem à crassioribus, breviorē ab infirmioribus, &c. Hæc ex illo,

§. IV.

*An aliquando à Confessario sit sub-
eundum onus Pœnitentis,
quem absolvit.*

12. **O**bligatur v. g. pœnitens,
omnibus expensis, vel
Primò ad correctionem frater-
nam proximi, vel secundò ad re-
stitutionem sive rei, sive famæ,
vel tertio ad confugiendum ad
Superiorem, ob casus reservati
absolutionem: vel quarto ad
denunciandum aliquem sive
Sanctæ Inquisitioni, sive alteri
Tribunali. Quæritur ergo, an
Confessarius eiusmodi onera in
se suscipere licitè possit, vel de-
beat.

13. Quoad licitè posse;
Quamvis consilium optimum
sit, ut Confessarius ab huius-
modi pœnitentium oneribus
subeundis omnino abste-
neatur.

mea

men concurrentibus tribus, licite potest: immo interdum, ob caritatem, debet. Primò, ut sit moralis aliqua necessitas ex parte obiecti, id est ex parte rei faciendæ. Secundò, ut eam rem facere pœnitens non possit, vel non sit aptus, vel rationabiliter refugiat. Tertiò, ut ipse Confessarius speret utiliter, se illud munus, sine suo dispendio, executurum.

a Suarez,
de pœn.
dis. 34.
sect. 4. a.
n. 7.

b Id. ib.

14. Quoad debitum: In eo tantum casu debebit: b quando non potest omnino pœnitens, ipse autem Confessarius potest: & ex altera parte obligat caritas sub peccato, ut illud fiat, ad quod tenetur pœnitens. Sed discutendo per singulos casus n. 12. propositos: doctrina hæc evadet evidentior.

15 In primò enim casu; si proximi necessitas sit tam gravis, ut pœnitens obligetur ad corrigendum illum, sive per se, sive

sive per alium; tunc si potest ipse pœnitens, sive per se, sive per alium diversum à Confessario corrigere non obligatur Confessarius; quia tunc non extremè indiget proximus. At si eidem gravi necessitati succurrere, neque per se, neque per alium, pœnitens possit; sed solùm per Confessarium (qui casus certè rarissimus est) tum, si sine magno incommodo, juxta leges communes caritatis, possit Confessor sanè debet; & multò magis si Confessor sit Superior, cui incumbit bonum subditorum, Ratio est, quia tunc extremè indiget proximus.

¶ *Ib. n. 20*

*d Colligo
ex Suario
loco cit. &
Castrop.
mox citandis.*

16 In secundò casu Confessarius non tenetur & subire onus restitutionis sive sua, sive pœnitentis, sive alterius pecunia. Idè de restitutione famæ, Ratio est, quia hoc est onus pœnitentis; quod si ex aliqua causa ipse pœnitens subire non potest, nec alium

lium inveniatur, qui voluntarie vi-
ces suas suppleat, jam à tali onere
liberatur. Excipe tamen casum
extremæ necessitatis : si enim
Confessor advertat illa pecunia
extremè indigentem sublevan-
dum: nec aliam adesse sublevandi
viam: sanè, juxta leges caritatis,
ut modò diximus, obligabitur.

17 Intercio casu nunquam e-
obligabitur Confessor Superio- *e Sanch.*
rem convenire propter peccatum *lib 2. in*
reservatum pœnitentis : nam *Decalogo*
vel pœnitens potest adire prædi- *31 n. 14.*
ctum Superiorem : & tunc non *Cast. cp 2.*
extremè indiget: vel non potest, *1. r. 4.*
quia v.g. est infirmus in gravi pe- *disp 4 p.*
nulo, vel habet impedimentum *§. §. 2 n 4.*
perpetuum adeundi Superiore: *§ 6 7.*
& tunc casus huic non est refer-
vatus, & consequenter Confes-
sor, juxta regulas generales ab-
solvendi in articulo, seu pericu-
lo mortis, poterit illum absol-
vere: neq; enim pœnitens obligatur
mittere aliū, sive procuratorem,
sive

sive litteras, sive amicū : cum illud se præsentandi sit onus personale pœnitentis, à quo cum non possit, excusabitur.

18. In quarto casu nec obligabitur ipse Confessor subire onus denunciandi illis Tribunalibus: idque propter rationem modò, num. præcedenti, dictam. Excipe nisi graviter periclitetur bonum publicum, & deficientibus alijs, Confessor remedium adhibere possit tunc enim secundum prædictas caritatis leges, sanè debet: quia extreme, in eo eventu, Respublica indiget auxilio Confessoris.

Ex dictis, similia, quæ contingere fortasse poterunt, facile decidentur.

Finis libri Tertii,